Apoteleſma
DISCURSUUM ALIQUOT
JURIDICO - HISTORICO-POLITICO - ETHICORUM.

1. De libertatis bono inæſtimabili, auro contrà cariore.
2. De Servitutis onere intolerabili, Ætnâ monte graviore.
3. De Vitiorum cum Virtutibus connubio.

ἀφοριστικῶς

Pro re natâ, in Halcyoneo Illuſtri Serveſtano, inſtitutum.

Studio & operâ

HENRICI KITSCHII LIPSIENSIS.

Anno Epoches Chriſtianæ

DoCtrIna VI IngenII proMoVetVr.

Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.
Publius Mimogr.

Serveſtæ, Typis Dörfferianis,
Proſtat LIPSIÆ in Officina GROSIANA.

ILLUSTRISSIMIS GENEROSISSIMIS
Principibus ac Dominis

Dn. AUGUSTO.
ET
Dn. RUDOLPHO.

Fraterni amoris conjunctione indi-
viduâ Germanis,

Ex antiquiſſima BERINGERORUM proſapiâ familiam ducentibus.

Principibus ad ANHALT, Comitibus Aſcaniæ oræ, Dynaſtis Serveſtæ & Bernburgi, &c.
Patribus & opitulatoribus Patriæ.

Dnn. Meis Clementiſſimis & gratioſiſſimis, perpetua fide & obſequio colendis, complectendis,

τεμάχιον hocce,
[illegible]

Gratitudinis meritæ ergo, nullâ unquam oblivione ſepeliendæ, devotâ mente

inſcribo,

conſecro & addico

Author

ANNO
Τῆς ἐνσαρκώσεως χειϛ.

DoMVs AnhaLtIna, LargItIone ſerenIor perpetVò VIreat.

DISCURSUS PRIOR, DE LIBERTATIS BONO INæſtimabili auro contrà cariore, ἀριθμολογικῶς inſtitutus. Horat. metallis potior libertas.

I.

QVam præclara res ſit LIBERTAS docent ſententiæ veterum Oratorum & Poëtarum, imprimis M. Tullii his verbis: Philip. 10. ita præclara eſt recuperatio libertatis, ut ne mors quidem in ea repetendâ ſit pertimeſcenda.

2. Cui reſpondet Plautinum illud: In amphitruone. Omni malo & omni exitio pejor ſervitus, Quem Juppiter odit, ſervum hunc primum facit.

3. Nec ſequiore ſenſu à Saluſtio proditum: In Catilinaria. Potior æſtimanda periculoſa libertas

DISCURSUS SECUNDUS DE SERVITUTIS ONERE INTOlerabili Ætna monte graviore.

Μυαλεοντομιλία.

Circa

Libertatis & Servitutis examen
Errici Kirſchi
V. CL.

LIbera vin' promam? dum ſervis libera jungis
　　Jura, modos Aſinus, Muſca, Leoq; dabit.
Hæc ubi diverſis flagrant animantia fibris,
　　De genere & Genio dicere quæq; ſuo.
Muſca inſit vilis, potum conſueta dapesq;
　　De Regum menſis ſumere, nata gulæ.
Secta ego nota gulæ præcelſa palatia ſector
　　Expers curarum vivo, edo, ludo, bibo.
O miſeros reliquos, ſeu te Leo fervide, dicam,
　　Difficilem vitam tranſigis atq; viam.
Tesqua per & montes prædam ſudore capeſſis,
　　Nec condita tuæ jura dapesq; gulæ.

DISCURSUS TERTIUS DE VITIORUM CUM VIRTUTIBUS communione & adfinitate.

Ad Clariſsimum Virum,
Dominum
M. HEINRICUM KITSCHIUM, ETHICES IN GYMNASIO SERVEſtano Profeſſorem, amicum, conterraneum & Collegam honorandum, de virtutibus & vitiis doctè diſſerentem.

EXpetis à noſtris Carmen, vir docte, Camœnis
Hunc in diſcurſum, non opus eſſe puto.
Ille ſatis loquitur ſeipſum commendat amanti
Veras virtutes, quid cupis ulterius?
Obſequar ipſe tamen, mos eſſe gerendus amico
Dicitur, & vult hæc dulcis amicitia.
Dulcibus in pratis varios ceu carpere flores,
Ac diſtincta ex his texere ſerta licet: